



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 3. Scienti, & consentienti non fit injuria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Canonici jus habeant alios Canonicos sine consensu Episcopi eligendi, Episcopum de imperio conqueri non posse, si consensum illius non requirant, ut dicitur in cap. 3. 1. cum Eccles. de Elect. deciditur.

Deducitur 2. Si Clerici Capitulares jus obtinuerint vinum aut Cerevisiam vendendi, non posse Caupones aut Praetores de injuria illata queri, licet ex lucro eorum immenso damnum aliquod illis sequatur, quia ad injuriam non referendum, quod quisque jure suo sibi consulat, uti in l. injuriam §. 1. ff. de injur. dicitur.

Deducitur 3. Si uxor habens paraphernalium bonorum administrationem, & usufructum dissipet ea inficio, in vitio Marito, nullam huic injuriam fieri, uti communiter dicunt Authores.

PRINCIPIUM III.

Scienti, & consentienti non fit injuria.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis potest cedere juri suo, & in quo casu agnoscit contra jus suum agi, nec tamen resistere cum facile possit, aut etiam expressè consentit, non potest conqueri de injuria sibi illata, nisi leges in speciali alio casu aliud statuant.

Authoritas.

Desumptum est ex lib. 6. Decret. c. ult. reg. 17. c. 1. Quia simile principium est, quod in l. 145. ff. de reg. Juris habetur, quo dicitur: Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, & consentiunt. Illudque defendunt S. Thomas. 2. 2. q. 19. art. 1. & plures alii apud & cum Barbof. axiom. 126.

Ratio.

Quia qui dicto modo consentit, videtur Jus suum omnino abjicere, aut certè in alium transferre, ergo ob id actum Juris non potest injuriam pati.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Virginem, si sponte consentiat in

renuntiationem, non posse à Defloratore ullam restitutionem pe-

ccati communiter docent Theologi, teste Busenb. l. 3. tr. 5.

cap. 2.

Deducitur 2. Uxorem non posse de injuria expostulare, si
illius, quem illa sciverat vagum esse, in remotissima lo-
co credat, quia hoc ipso, quòd illi nupserit, censetur in tale
consensisse. Ita Laym. l. 5. tr. 10. p. 3. c. 2. n. 3.

Deducitur 3. Eum, qui scivit, alium effodere thesaurum
suo ipsius, & non prohibuit, cum facile posset, non posse
renunciare de injuria, si Inventor totum sibi thesaurum reti-
nerit, uti Lugo de Justit. d. 6. n. 114. & multi alii apud Dian.
l. 1. re. 3. sentiunt.

PRINCIPIVM IV.

Juri suo renuntiare præsumitur, qui juri suo
contrarium facit.

Sensus.

Hoc est, qui actum aliquem cum Jure, quod prius ha-
bere poterat, impossibilem facit, hoc ipso Juri
renunciare præsumitur.

Authoritas.

Deductum est ex cap. in audientia 25. de sent. excomm.
Glossa super cap. gratum. 20. de offic. deleg. Item ex le-
gibus 30. ff. de Minor.

Ratio.

Quia hoc ipso, quòd sciverit, unum actum cum altero
impossibilem esse, censetur ponendo actum contrarium,
autem acquisiti aut acquirendi Juri destructivam ponere,
unde ad eò dicto juri suo renuntiare voluisse.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui acceptat secundum benefi-
cium impossibilem cum priori, huic renuntiâsse cense-
ri. uti in consens. tit. 9. n. 2. ex cap. multa 28. de præb. colligit.

Deducitur 2. Clericum, qui uxorem duxit, & vestes Cle-
ricales deposuit, hoc ipso privilegio Canonis renuntiâsse,
ut in cap. unie. de Cleric. Conjug. in 6. deciditur.

K k 4

Dedu-